DE

CALCULIS BILIARIIS

ET

MORBIS, QUI EX ILLIS POSSUNT ORIRI.

DISSERTATIO

INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI

MEDICORUM ORDINIS

IN ALMA

LITTERARUM UNIVERSITATE GRYPHICA

PRO SUMMIS

IN MEDICINA, CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA

HONORIBUS

RITE IMPETRANDIS

1851

DIE XVII. MENSIS JULII ANNI MDCCCLI

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

CAROLUS PISTOR,

RHENANUS.

OPPONENTIBUS:

W. MILSCHEWSKY, MED. DR.

J. MITTMANN, MED. DR.

E. GIESLER, MED. CAND.

GRYPHIAE,

TYPIS FRIDERICI HACHE.

Quaedam de autoribus priorum temporum, qui de calculis biliariis scripserunt.

Quum iam antiquorum temporum medicis calculi renum vesicae urinariae fuerint cognoti iique de bile et hepate ulta iam libris tractarint, maxime est admirandum, quod ictum biliarium calculis quoque obstrui posse et calculos vecae felleae saepe inesse penitus ignoraverint. Cuius rei ae sit caussa, variae sunt scriptorum opiniones, quorum alii norantiam anatomices, alii, quod bestiarum modo cadavera erumque fuissent dissecata, caussam habebant; sed qualismque est, id tamen in dubium vocari nequit, ante saeculum cimum sextum neminem scriptorum calculorum biliariorum entionem fecisse. Quo saeculo quum ingenua studia atque tes semper magis magisque colerentur, medici et notitia torum Graecorum et multis cadaverum sectionibus, quas tum rimis Berengarius Carpensis, Fallopius, Vesalius, stachius, alii fecerant, ad maiorem artis medicae pervenunt scientiam. Quis autem medicorum primus calculorum iariorum fecerit mentionem, non satis constat; primi de iis ipsere Fallopius, Vesalius et Fernelius, qui codem

fere tempore vivebant. Benivenius [1]) quidem, qui ante eo: vivebat, enarrat casum, in quo calculus magnus et niger i vesica fellea mulieris et multi alii in sacco per peritonae partem effecto erant inventi; sed Fernelius, summus sua aetatis medicus, unus est inter primos autores, qui in sectio nibus cadaverum calculos biliarios inventos esse narraverunt et ipse primus, qui calculos per anum emissos observavit Dicit enim [2]): „Quin etiam post diturnum icterum, oborto al „profluvio, huius naturae innumeros calculos instar speri a „hordei in plerisque exturbari deprehendimus.“ Magnitudinem quidem calculorum cognovit ille, sed nullum morbum qui e illis posset oriri, nullum praesentiae signum scisse videtur Neque certiorem de ea re notitiam habuere Camenicenu et Matthiolus, qui de calculis ipsis quoque scripsere e paullo post Fernelii tempus florebant. Melius Kentmannus eiusdem fere aetatis, in libro (cuius est titulus: Joh. Kent manni calculorum, qui in corpore ac membris hominum in nascuntur, genera XII descripta cum historiis. 1565.) magni tudinem, figuram, stucturam calculorum descripsit. Ex e tempore omnes fere anatomici calculos biliarios commemo rant, dum eorum symptomata maxime in tenebris versabantu eiusque temporis scriptores perquam breviter ea attingebant.

Plerique autorum saeculi decimi septimi calculorum bilia riorum eo loco mentionem faciunt, ubi de ictero scribunt cuius caussis eos adnumerant. Sennertus, Riverius, Ett müllerus, Sylvius de le Boe, Willisius Baglivius alii in eorum numero sunt. Baglivius in libro, quem de bili

1) Ce abditis morborum caussis.

2) Patholog. Lib. VI. Cap. V. Paris 1838.

tura scripsit, haec fecit verba: „Si icteros videas pertina-
es vel sanatos vel recidivantes, pro certo habeas, eos a
alculo felleo oriri et proinde incurabiles praedicito, quod
adaverum sectiones te docebant.“ — Morton, qui versus
eculi decimi septi finem Londini vivebat, colicam quidem
paticam calculis ortam cognovit et saepe illos in supersti-
n vesicis dignovit, sed per anum interdum emitti eos ne-
vit morbumque ipsum habuit insanabilem. Quin etiam in
denhami libris, acutissimi illius ac sagacissimi medici,
il invenitur, unde illum calculos biliarios cognosse appa-
t; atque ipse Boerhave, qui illos satis bene cognosse
itur, nihil de iis litteris tradidit. Nonnulli alii eius tem-
is scriptores anatomicam calculorum naturam bene cogno-
unt, sed eorum symptomatum erant maxime ignari. Ruysch
pera omnia Amst. 1737.) in libris suis multos casus enar-
, in quibus calculi in cadaverum sectionibus sunt inventi
ipse animadverterat nonnullos esse per anum emissos, sed
uratius nihil de iis tradidit. Atque etiam Morgagnius
sedibus et caussis morborum anatomen indagatis. Batav.
55 et Leid. 1767, Lips. ed. Just. Radius 1827—29.),
issimus ille anatomisus, qui permultos calculos in sectio-
is invenerat eorumque virtutes figuramque accuratius de-
psit, admodum paucam de iis habuit notitiam, si in cor-
e erant superstites, ac claros eorum ignovit effectus.

Postquam autem calculi illi per alvum saepius emoti ani-
versi et molestiae eorum qui iis laborabant, melius ob-
atae erant eaeque cum eorum morbis conferebantur, in
um cadavere calculi erant inventi, nonnulli medici hanc
accuratius et diligentius observare et de ea scribere

coeperunt. Inter hos sunt clarissimi Bianchi, Fr. Hoff mann, Th. Ph. Schacht, A. Monro, Simson, va Swieten. Bianchi, artis medicae praeceptor Taurinensi librum scripsit, quem nominavit: „Historiam hepaticam, „anatomia et morbis hepatis" [3]), ibique multas fecit litter de calculis illis, sed exceptis multis casibus et ab ipso o servatis et e veterum scriptorum libris collectis, paullul admodum boni iis inest, quum observationes et praecep eius non accuratae, sed maxime leves sint. Meliora, plus minus imperfecta F. Hoffmann de calculis scripsit libro, qui est inscriptus: „Medicina rationalis systematic Halae 1726. Tom. IV. Sect. 2. Cap. 3. Schacht disser tione scripta de aegro icteritia phthisi laborante (Herpip 1727.) casum enarrat viri ictero laborantis, qui multos v riosque calculos cum faecibus emiserat. Monro libello ictero scripto, qui primo libro Edinburgensium dissertationum inest, firmis argumentis demonstrat, icterum obstructo calc lis ductu cystico et impedito in duodenum bilis effluvio e oriri saepe solere eaque de caussa medicorum non min esse, hos calculos removere, quam calculum renalem uretere obstruentem in vesicam urinariam pellere. Eidem libro in dissertatio Simsonii, qui casum quendam enarrat, quo m lestias, quae calculis biliariis oriri possunt, bene se sc ostendit. Multa atque accurata scripsit van Swieten (Co ment. Tom. III.) et multas quas ipse fecerat observationes bona suis ipsius observationibus probata praecepta. Hall in opusculis pathologicis (opuscula pathologica Histor. 38 et

---

1) Aug. Taur. 1710. 1716. Genev. 1725.

4) Medical Essays and Observat.

ova Comment. Goetting. T. VIII. pag. 8.) accurate magnitu-
nem, figuram, colorem, structuram calculorum illorum de-
ripsit, nihil autem de symptomatibus. Thomas Coe libro,
i est inscriptus: „Treatise on biliary concretions; or stones
n the Gall-Bladder and Ducts. London 1757." multos et ab
so et ab aliis observatos casus multaque utilia ac bona de
e calculorumque biliariorum origine, natura, symptomatibus
cura scripsit. Multae quoque bonae sunt observationes in
cello, cuius autor est James Maclurg et titulus: „Expe-
ments on the humain bile and Reflexions on the biliary
cretion. London 1772." Plures quoque observationes atque
perimenta nobis tradidit H. F. Delius libro, qui est scriptus
cholelithis. Erlangen 1784. — H. Durande [5]) experi-
nta descripsit ad calculos aethere sulphurico et oleo tere-
tinae curandos facta. Th. Sömmering scripsit de con-
mentis biliariis corporis humani. Francof. a. M. 1795.

Ex hoc tempore omnes fere autores, qui de pathologia
ctaverunt, calculos biliarios commemorant; quorum optimos
iis quae sequuntur nominabo.

Caput I.

De calculorum biliariorum sede et virtute physica.

Ut in ceteris corporis organis destinatis ad secernendos
ores, variis de caussis aut conjunctis singulis eorum ele-
ntis aut procreata nova materia, corpora existere possunt

---

5) Betrachtungen über die Wirkung der Mischung des Schwefel-
rs und flüchtigen Terpentinöls bei Leibschmerzen, die von Gallen-
nen entstehen. Helmst. 1791.

lapidea ac solida, ita in illo quoque organo, quod ad bile secernendum aptum est, existunt saepe calculi, qui biliarii s fellei seu cholelithi sunt nominati. Ad bilem autem sece nendam reservandamque quoniam hepar, ductus hepaticu cysticus et choledochus et resica fellea sunt destinati, omnibus his calculi inveniuntur, atque etiam in ventricu tractuque intestinali sunt inventi, in quos illi transire interdu solent. Quos calculos saepius existere quam aegroto supe stite conjiciamus, cadaverum demonstrant sectiones, quibus fa tis persaepe inveniuntur; et quidem saepius in hominibu aetate progressis et in feminis, quam in adolescentibus et m ribus; atque in bestiis etiam persaepe adsunt, praesertim bubus.

Quod autem ad eorum numerum, magnitudinem, forma colorem, pondus, firmitatem, virtutem chemicam adtinet, m xima est varietas.

Saepe enim unus solus calculus et magnus vesicam fe leam plus minus explet, modo duo, tres, modo decem, vigin quinquaginta, centum atque etiam, ut autores affirmant, usq ad mille inveniuntur, qui exigui et avenae tantum similes sun

Narrat Bonnet[6]) inventos esse septingentos calculo Baillie mille, Morgagni[7]) tria millia in cystide, et num ravit Bouisson[8]) mille quadringentos et quinquaginta et museo Vratislaviensi exemplum vesicae felleae asservatur,

---

6) cf. R. J. Camerarii et J. Brunneri dipert. exhibens hepatiti d functorum exstispicia. Tubing. 1716.

7) cf. Th. Sömmering de concrementis biliariis.

8) J. Bouisson, De la bile, de ses variétés physiologiques, X Montpellier 1842.

ua septies mille quingintos et duos calculos invenerunt, ex-
guos, albi coloris, sine cortice, longos et minimi crystalli
peciem ostendentes. Existunt quoque majores una cum mi-
oribus, quorum pars saepe ita conjuncta est, ut unus tantum
desse videatur calculus. Plerumque sunt mobiles, interdum
ero adhaerent vesicae felleae et quasi sacco circumdantur.

Quod ad magnitudinem, inventi sunt singuli ovi gallinacei
agnitudine, ut Baillie narrat, atque Howship etiam cal-
ulum longum pollices duos, latum unum et quadrantem sese
venisse refert. Constat autem quo majore copia, eo minore
emper illos existere magnitudine.

Quod ad formam, permultum inter se differunt. Si enim
ius tantum adest, rotundus plerumque aut ovatus et vesicae
elleae expletae formam sumit piro similem. Quo autem ma-
r numerus, eo major formae varietas. Duo enim vel pauci
um vesicae felleae insint, rotunda quidem interdum vel ovata
rma, saepius vero sunt angulosi, sine regula formati, ita ut
perficie se tegant atque unus tantum adesse videatur.

Sunt igitur rotundi, ovati, piro similes, lati, angulosi gib-
laeves.

Ut forma eorum, ita pondus quoque varium. Plerique le-
ores aqua, praesertim quum aliquid interfuerit temporis, post-
am e corpore extracti erant, dicuntur; atque adeo nucis
ellanae magnitudine calculi pondus saepe habent unius tan-
n drachmae. Bonnetus narrat casum quendam, ubi cal-
us recens quatuor drachmarum et dimidiae erat, siccatus
um et scupulorum duorum. Hic autem commemorandus est
in, qui de virtutibus physicis perbene scripsit et contra
ntentiam Berzelii, aliorumque calculos biliarios plerumque

graviores aqua (1,06) esse affirmat, varietatem autem ponderis Cholesterini copia oriri varia. Neque minus praeclariores descriptiones apud Vogel [9]) et Rokitansky [10]) inveniuntur.

Et coloris quoque permulta varietas; plerique flavi vel fusci vel albi, multi autem marmorei, maculosi, glauci, cani et nigri sunt coloris.

Structura eorum pendet plerumque a chemica natura. Saepe molles, spongiosi, cerae similes, fragiles, ut illi qui albidi sunt, tactu saepius omnino destruuntur; sunt autem qui maxime solidi ac densi; plerique aut lamellati aut radiati crystalli speciem exhibent, si dividuntur; alii solo e succo bilis densato concreti videntur; in multis quoque invenitur nucleus cortice circumdatus.

Caput II.

De compositione eorum chemica.

Calculi biliarii ut diversi sunt quoad physicam virtutem ita quoad chemicam dispositionem maxime inter sese differunt. Quam rem quum antiquorum temporum medici omnino neglexissent, primus Galeatti [11]) leviter admodum tractavit. Observato autem Cholesterino a Poulletier de la Salle Fourcroy [12]) et Thenard [13]) Franco-Galli maiore cum

9) Vogel, Pathologische Anatomie, S. 335.

10) Rokitansky, Patholog. Anatomie, III, 371—74.

11) Galeatti in Comment. acad. Scient. Bonon. a. 1748. Tom. pag. 354 sqq.

12) Fourcroy Système Tom. X. pag. 53—69, ibi quoque inveniuntur, quae ab veteribus autoribus de calculis sunt scripta.

13) Thenard in Gehlen's Journal für Chemie IV.

iligentia ea in re versati sunt. Deinde permulti viri medici iemicam compositionem calculorum investigabant, ut Bley [14]), . de Bibra [15]), Hein [16]), Glaube, Brandes, Bally et enry [17]), Witing, Taylor, ceteri. Prae omnibus autem c memorandus est Bramson [18]) Gedanensis, qui de comsitione chemica atque origine calculorum ipsorum perbene ripsit, neque minus Dr. Seifert [19]), qui eandem rem actavit.

Distinguendi autem sunt calculi, quibus inest nucleus, ab s qui eo carent. Quod ad hos, qui nucleo carent, adtineat, int aut magni usque ad magnitudinem ovi columbini, rondi, elliptici, superficiei laevis, fusci coloris; — aut parvi agnitudine pisi adeoque nucis avellanae, nigri coloris, gibbi.

Fusci illi calculi, ut Bramson analysi chemica invenit, there fervido extracti Cholesterinum, Oleinum et perpaucam argarini massam dabant, quae adipes decimam fere totius lculi ponderis partem efficiebant. Alcohole dein extractus i restabat pulvis constabat magnam partem e biliverdinnatro. esiduum siccatum facile aqua frigida solvebatur; inde puls fervida aqua extrahebatur; quae massa 12,08 $\frac{0}{0}$ pulveris ficiebat, neque alcalice neque acide reagebat et e partibus

14) Bley in Erdmann's Journal für Chemie I.

15) Bibra in Erdmann's Journal f. pr. Ch. XII, 311.

16) Hein in Erdmann's Journal XI.

17) Glaube, Brandes, Bally et Henry vgl. Berzelius Thiesch. 373. Simon's medic. Chemie.

18) Ueber Gallensteinbildung in Henle' u. Pfeuffer's Zeitschrift r rationelle Medizin. IV. S. 193.

19) Ueber Zusammensetzung und Entstehung der Gallensteine in nle's u. Pfeuffer's Zeitschr. X. S. 121.

bilis singulis et materiis extractis constabat. Pars quaedam residui, aethere, alcohole et aqua non soluta, comburebatur et cinis, qui 11,063 $\frac{0}{0}$ massae combustae efficiebat, continebat

Natr. sulphuric. cum Natr. chlor.	—	0,728
Calcii phosphorat. cum pauca Magnesiae phosphor. et Ferri copia	—	1,165
Calcii carbonici	—	8,733
Calc. sulphuric.	—	0,437
		11,063

Illorum autem nigrorum et parvorum calculorum analys chemica hoc dabat:

a)	Extract. aqua.	—	12,931
b)	—— aethereum	—	3,208
c)	—— alcohol.	—	3,920
d)	residui	—	78,941
			100,000

Massae aqua, aethere et alcohole extractae similes sun illis in calculis fuscis. Residuum vero quod extractum acid nitrico, quia calcium sulphuratum continebat, comburebatur cineris dabat 8,435 $\frac{0}{0}$, qui constabat ex his:

Natr. sulphur., phosphor. et chlorat.	—	0,675
Calc. phosphor. cum perpauca Magnes. phosphor. et ferri copia	—	1,633
Calc. carbonic.	—	2,933
Calc. sulphur.	—	3,134
		8,435

Itaque in his multo maior copia Calcii sulphurici inve nitur, quam in illis fuscis calculis.

Venimus nunc ad illos calculos, qui nucleum habent et requentius obveniunt. Nucleus saepe medio in calculo situs nagnitudine varia et magnitudine pisi, ut saepe in magnis uoque calculis, usque ad eam nucis avellanae, colore flavo, usco vel nigro. Plerumque crystalli cholesterini radiatim b hoc nucleo in circuitum currunt aut sine regula nucleum ircumdunt. Calculi ipsi forma sunt varia, plerumque angu- osa, magnitudine pisi usque ad eam ovi gallinacei, superficie aevi, colore tum albo, flavo, fusco, tum per stratos hos tres olores ostendentes. Analysis chemica contendit, nucleum sse compositum e Biliphacin calcico, Cholesterino aliisque ilis partibus. Invenitur quoque in nucleis interdum calcii ulphurici aliquid; constat igitur, nucleos ex iisdem partibus, quibus calculi illi nucleo carentes, compositos esse. Men- onem fecit Seifert, sese in nigris illis calculis tantam rri et cupri copiam, cuius pondus accurate definiret, et in iscis ferri aliquid invénisse.

Denique commemorandi calculi, quorum compositio ab illis uos descripsimus, discrepat; sunt enim alii, quibus cavum iest, qui haud raro obveniunt, alii, qui varius obveniunt t solo fere e Cholesterino constantes nucleum non clare stendunt. Calculi fellei sunt dissolutu difficillimi; aqua ıque fervida, qua bilis solvitur nihil magis valet, quam ceteri re omnes liquores, quorum nonnulli quidem Cholesterinum a sca illa materia separare, dissolvere autem ipsos nullo odo possunt. Sed oleum amygdalarum aliaque pinguia olea eum terebinthinae et aether sulphuricus totos illos valent ssolvere. Exardescendi quoque iis inest facilitas; sed ut ceteris ita in hac virtute magna inter eos est varietas;

leviores enim pondere et nigricantes, quibus paullulum tantum aut potius nihil materiae Cholesterini, ut carbones comburuntur; ceteri autem, quibus multum illius materiae, albicantes adhibito magno calore liquescunt igni flagrantque flamma ceraeque simili odore.

Quod denique ad litteraturam hujus rei adtinet, nominandi sunt autores praeter eos, quos jam commemoravimus:

Joyeux, Journal de Pharmacie 1827 November,

Konink, Annalen der Pharmacie. Bd. XXIV.

Pleischl, Merkwürdige Krankengeschichte eines Gallensteinkranken. Prag 1826.

Bley, Chemische Untersuchung menschlicher Gallensteine in Erdmann's und Schweigger Seidels Journal für praktische Chemie. 1834. Bd. I.

O. B. Kühn, diss. de Cholestearine eique similibus pinguedinis corporis humani formis. Lips. 1828.

Stockhardt, diss. de cholelithis. Lips. 1832.

L'Heretier, Traité de chemie pathologique. Paris 1842.

Andreal junior, Journal de chemie medicale. Bd. VII.

Bailly et Henry junior, Journ. de pharmacie. Bd. XVI

Steinberg, diss. de concretionibus alvinis et Ptyalithis, cholelithis, cystolithis. Halae 1842.

Caput III.

De origine atque caussa calculorum biliariorum.

Omnes autores, qui de calculis illis scripserunt in eo consentiunt, eos magis in adultis, quam in infantibus occurrere quamquam in iuvenibus sint observati; magis in feminis, quam

n maribus; constitutionem eandem, quae adipis formationi faveat, etiam ad calculos formandos esse idoneam; inveniri ergo plerumque in obesis; qui spiritu vini, cerevisia multum abutuntur, dein melancholici, cholerici et hyponchondriaci plerumque post mortem eos exhibent neque minus ii qui multum sedent, atque Haller et Sömmering incarceratos saepe illis laborare affirmant.

Proxima autem caussa est perversa bilis et chemica et physica qualitas. Ut calculi urinarii perversa lotii virtute, orta e perversa sanguinis compositione, gignuntur, ita quoque biliarii. Bilis autem in hepate secernitur magnam partem e sanguine venae portarum. Quae vena e ceteris organorum digestionis venis sanguinem in hepar ducit atrum, a ceterarum venarum sanguine colore atriore, minore virtute ad coagulandum, minore fibrini, majore adipis, extractarum materiarum et salium et corpusculorum sanguinis copia diversum. In hepatis lobulos singulos se dividens secernit bilem, quae a ductibus biliariis recepta per ductum hepaticum et cysticum in vesicam felleam pervenit. Dum bilis modo per majus modo per minus temporis spatium in vesica remanet, partes liquidae praesertim aqua a vasis lymphaticis resorbentur, ita ut ea, quae ductibus biliariis et hepatico sit insita, hepatica nominata, majorem aquae copiam exhibeat et fusci coloris ac liquidior sit, quae autem vesicae insit, cystica nominata, magis concentrata, crassa, magis fusci coloris, foetidi odoris, amari saporis, muco commixta corpuscula nonnulla, interdum crystalla obtineat.

Analysis chemica vero de bile sana et de illa, quae calculos continet, quum sit usque ad hoc tempus maxime dubia dissentiunt inter se scriptores de genesi ipsorum calculorum.

Quies prima caussa videtur, nisi aliae praegressae sint. Minorem autem aquae copiam bilem ad conformandos calculos aptam facere nemo credit; nam etsi constet, bilem caussa aliqua aquae parte privatem esse, tum concretiones effic omnes negant, quum bilis resorbeatur, ut multis constat observationibus. Exempli gratia quum bilis, ut Berzelius et Thenard affirmant, nonaginta unam usque ad duas partes solidas inter mille contineat, inventae sunt a Bizzio trecentae, nonaginta quinque, a Chevallier [20]) centum undeviginti, a Scherer [21]) quadraginta septem partes solidas inter mille bilis partes. Alii retenta in vesica fellea per aliquod tempus bile effici posse dicunt calculos. Si per minus spatium retinetur, calculos, qui iam adsunt, adaugere illa potest, sed ipsos conformare nequit; sin per longum, in singulas partes dissolvi potest, partes autem ipsae, ut supra demonstravimus, rarissime nuclei propriam substantiam formant.

Sunt imprimis huius aetatis medici Itali, qui ferrum et cuprum, quorum parva admodum copia interdum invenitur in calculis, ad formandos calculos apta dicunt, sed hac de re tam incerta cognitio, ut optimo iure illud negari possit. De cupro in calculis invento nonnulla commemorant L. V. Berlozzi [22]) et J. F. Heller [23]). Nunc autem constat, proximam caussam calculorum ipsorum perversam partium solidarum bilem componentium esse copiam. Itaque modo hanc

---

20) F. Simon, Handbuch der angewandten medizinischen Chemie. II. Berlin 1842. S. 260.

21) Scherer, Chemische und mikroscopische Untersuchungen zur Pathologie. Berlin 1843.

22) Polli, Annali di Chimica. Milano, Juglio 1845.

23) Dessen Archiv 1845. S. 228.

odo illam bilis partem medici aptam esse ad conformandos ılculos dixerunt. Est autem difficillimum, certissime de ea iudicare, quum ratio bilis physiologica maxime sit obura, etsi Demarcay, Strecker, alii magno studio in m inquisiverunt. Est enim unica observatio [24]), bilis callos continentis recentis, quae observatio propter veterem i vitiosam methodum maxime est incerta:

	bilis calculos non continens:	—	bilis calculos continens:
uae	832,0		786,0
olesterin (?)	5,0		8,0
olepyrrhin	11,0		9,0
olesterin cum Soda coniunct.	4,0		35,0
romel	94,86		96,5
tract. carnis	2,96		5,25
ci	37,0		46,0
tron	5,15		0,0
tron phosphor.	3,45		5,50
lcii phosphor.	3,0		5,0
tr. clorat.	1,86		3,75
	1000,00		1000,00

Optime indicavit Bramson, qui calcium, si eius copia adaucta, Cholepyrrhinnatron solvere seque cum Cholerhino coniungere et hoc modo nucleum insolubilem (Cholerhincalcium) effici credidit eodemque tempore Cholesterini iam excerni. Quae sententia novis observationibus a hmann, Seifert, multis aliis factis confirmatur. Con-

24) Pauli Muratori analys. compar. hum. bilis sanae eiusque quae . complect. in: Novi Comment, acad. Scient. Bonon. a. 1839. n. III. pag. 307.

venit id quoque cum illo, quod ex physiologia scimus. He
multa observavit de ratione, qua calculi biliarii inveniunt
quod ad sexum et aetatem adtinet; inter homines sexcent
viginti feminas trecentes septuaginta et mares ducentos qui
quaginta calculis illis laborantes invenit; Heyfelder int
homines quadraginta mares modo tres. Plerumque inveniunt
apud homines annorum triginta usque ad septuaginta. Qu
ad regiones ubi frequentissime occurrunt adtinet, Canstatt[25]
praesertim Sueciam, Gottingam, Hannoveram, Angliam, H
gariam commemorat; invenitur autem in his regionibus mag
calcis copia, quae multorum calculorum caussa dici potest.

Eodem modo quo in aetate senili aliis corporis partib
insunt calcis concretiones, ut articulationibus, ceteris, eod
etiam quoque bili insunt, quum praesertim haec tunc major
calcii copiam continere dicatur. Atque etiam Becquerel
Rodier adauctam esse in senilibus Cholesterini massam, qua
quum sanguis majorem aquae copiam contineat, facilius e
cernatur, affirmant.

Denique commemorandum, usque ad hoc tempus nullu
remedium specificum contra calculos biliarios esse repertu
nam usum aetheris oleique terebinthinae, ut Durande vol
iam Thenard, et usum fontium, quibus Natron inest, chemi
analysis omnino refutavit.

Quod ad litteraturam hujus rei adtinet, nominandi a
tores hi:

Vater et Schimmer, Diss. de calcul. in vesica fell. ge
neratione. Witenbergae. 1732.

25) Eius specielle Pathologie und Therapie. Erlang. 1845. IV. S. 697.

Wendt, Vorlesung über Steinbildung in Heidelberg. Klinisch. Ann. 1830 Bd. IV. Hft. 2.

Stoeckhardt, diss. de Cholelithis. Lipsiae 1832.

J. A. Hein, Ueber Gallensteine als Krankheitserzeugnisse in Henle's u. Pfeuffers Zeitschrift. Bd. 14. 1846.

Dr. Bramson, a. a. b.

Dr. Seifert, a. a. l.

Caput IV.

De morbis, qui e calculis felleis possunt oriri.

Calculos biliarios vesicae felleae inesse posse, qui nullum trimentum aegroto efficiant, haud dubium est, ita ut superte aegroto nullo modo suspicantur, sed primum dissecto davere a medicis inveniantur. Ut enim calculus urinarius nibus inesse potest, qui nullum detrimentum, nullum dolorem, llam lotii retentionem afferat, sic quoque calculi in vesica lea remanere possunt absque ullo eorum praesentiae signo, um eorum magnitudo, copia, figura et situs ejusmodi sit, o aegrotus nullo modo vexetur, neque bilis effluxum propentium neque organorum digestionis actiones perturbantium. satis magna bilis copia vesicae inest ejusque effluxus per dus biliarios non prohibetur ac pauci tantum et parvi adsunt lculi, haud admirandum est, quod illi, quamdiu per bilem rant, neque ductus molestant, nihil mali efficiant. Atque am si calculi parvi per dilatatos ductus facile transire posnt, saepe nullo modo eorum praesentia sentitur. Sic innti calculi in vesicis et fellea et urinaria hominum, qui ex is morbis et multum diversis ab iis, qui e calculis illis

oriri possunt, mortem obierant et qui superstites nullo sympt[o]mate vexati erant, quod calculorum suspicionem mover[et]. Id jam affirmant Petit, Baglivius, Morgagnius omnesq[ue] fere hujus saeculi autores, qui dissecantes cadavera hominu[m] quos multos per annos curaverant, calculos invenerunt, qu[o]rum et illis et aegrotis ipsis ne minima quidem erat suspic[io]. Firmissimum vero huius rei argumentum hoc afferri videt[ur], quod casus noti sunt, in quibus aegroti, postquam calculi [bi]liarii dolorem magnum et colicam quae dicitur hepatica eff[e]cerant, per longum temporis spatium omni dolore erant lib[e]rati, ita ut optimam haberent spem, quod caussa morbi o[m]nino sublata videretur; sed subito transit iterum calculus [in] ductum cysticum, quo novo morbi impetu spes illorum ad i[n]ritum cadit iisque praeclare ostenditur, etiam nunc adess[e] calculos et iam tum adfuisse, quum bona ipsi gavisi era[nt] valetudine. Idem evenit, quum calculi organis uropoëtici[s] insunt, ubi aegrotus per aliquod tempus item casibus libera[tus] tus est, quamquam calculi semper remanent, quod praeclar[e] sequens casus ostendit. Quamobrem difficillimum est ad di[ju]dicandum num revera adsint calculi, numque, si adfuerint nondum aegroti iis liberati sint. Interdum accrevit calculorum numerus et multitudo, ut tumorem forment in hypochondrio dextro sub costis spuriis et tactu in hominibus marcidis perspici possint; aut si unicus calculus et magnus adest, tumorem durum ac rotundum inde formari dicunt.

Quum molestiae e calculis ortae tam parvae saepe esse solent, multi priorum temporum medici paucos tantum, multi quoque nimis magnos praestare effectus illos putavere; sed quum bilis tam utilis, tam sit necessaria cibis concoquendis

usque qualitas formandis calculis iam multum sit saepe rversa, quumque magnitudine, copia, figura calculorum ipsom vesica fellea semper irritetur atque ductus cysticus perepe obstruatur, quare effluxus bilis in duodenum impeditur, cile est intellectu, illos plurimorum morborum semina esse sse. Irritatione continua membranae mucosae vesicae felle eiusque ductuum spasmus vehementissimus excitari pott, unde icterus aliaque detrimenta oriantur. Si ductus ob'ent, spasmo vehementi rupturam afferre possunt. Ex irritione autem non solum oritur spasmus, sed etiam inflamtio; quae quum eius caussa, calculi, removeri nequeant ue ita magis magisque semper irritent, in chronicum abit tum et in omnes illas transire potest condiciones, quae ammationem sequuntur. Itaque observantur induratio veae felleae eiusque ductuum suppuratio, quae stimulo inmmationis continuo perstante nullo modo ad crisin deduci est, et e renovata inflammatione tandem formatur aut cosio partium et inde fistula, aut ruptura vesicae felleae; ro observantur gangraena, ulcera vesicae ex inflammatione ginem ducentia. Si autem calculus demittitur in ductus, coarctatio aut obstructio eorum oritur, unde varii rursum us existunt, qui gravissimi sunt momenti. Haud raro ique sunt inventi ductus hepaticus, choledochus et cysti- maxime dilatati, quum simul aderant aut antea identidem anum erant amissi. Quum autem calculi saepe viam, qua ab hepate removetur, angustent, in caussis hydropis cae felleae esse dicuntur, quam saepe sequuntur ascites, rothorax, oedema pulmonum aliaque, quibus simul miser- moriuntur aegroti. Et ossificatam totam vesicam inven-

tam esse permulti affirmant autores aut inflammatione chr nica aut eadem qua calculi, qui simul aderant, caussa orta

Nunc singulos hos morbos eorumque symptomata exp care conabor et quae collegi, si forte pro iuvenilis aeta imbecillitate in nonnullis peccaverim, indulgenter ut res ciatis apto.

De neuralgia vesicae felleae.

Provocatur hic morbus, quem medici colicam hepati vulgo nominant, irritatione membranae mucosae vesicae fell aut calculis orta aut obstructo ductu cystico, calculis ni bilis in vesica copia accumulata. Initium capit spasmus vehemente et perdurante dolore, a costarum margine us ad epigastricam regionem tendente, cui mox accedunt naus vomitus biliosus, praecordiorum anxietas, os siccum, cu arida, icterus, alvus obstructa atque febris. Dolor ille val vehemens, modo remittens, modo subito increscens est insig spasmi symptoma; eius sedes est regio hypochondriaca dext paululum infra costas spurias versus regionem umbilicale quae regio dolens si premitur, dolor magis sopitur, quam a getur, atque hac re differunt etiam inter se dolor inflamm torius et spasmodicus. Nauseam atque anxietatem aegrot vexantes sequitur vomitus, quo mox materia evacuatur cib cum bile commixtos continens. Pulsus simul spasmodic cutis frigida colore interdum flavescente. Molestiae inde ort saepe per diem noctemque aegrotos atrocissime vexant; cr scunt haec symptomata aeque vehementer atque celeriter tandem decedit colicae impetus, multa bilis copia aut p

aut per anum evacuata. Occasione autem aliqua data, rum morbus incrudescit, ita ut certis interdum temporis in-rvallis impetus redeat et aegrotum cruciet. Nam quamdiu ussa spasmi calculi non sunt remoti, unoquoque tempore riis rebus spasmus denuo provocatur. Thomas Coë id lci posse scripsit acribus sensuum affectionibus magnisque rporis motionibus, sed etiam caussis, quas intelligere nemo ssit; facile esse intellectu, magnam corporis motionem at-e imprimis subitam hepatis commotionem aut partium ei vi-iarum calculum e vesica in ductum movere eoque modo asmum provocare posse; idem effici vehementibus animi ectionibus, imprimis ira, quae non solum totum corpus rturbet, sed etiam, uti omnes autores affirmant, maximam bilem atque organa ad eam formandam reservandamque nea habeat vim. Restat ut casum quendam ab eodem au-e observatum enarrem. Vir quidam quadraginta annorum esus colica illa hepatica fuerat affectus post aliquot dies petu atrocissimo vexatus quinquaginta vel etiam plures cal-los felleos admodum parvos per anum emisit; quo facto per to hebdomadas satis bona erat valetudine; tum denuo ma-n illud eum vexabat, usque iterum removebantur multi cal-i. Qui status postquam per tres menses rursus redierat, eo tempore semper bona est gavisus valetudine usque ad rtem, quam multis aliis causis, quam calculis felleis obiit. Ex-it autem hoc loco quaestio subdifficilis, num post primum petum omnes qui vesicae felleae inerant calculi remoti et que ad secundum impetum novi orti sint, an pars eorum st primum relicti rursus illud malum provocaverint. Quam-ı calculi tali magnitudine remanent, ut ductus biliarios in-

trare possint, aut quamdiu bilis ad formandos calculos ap[illegible] est, novi semper spasmi impetus aut magno aut parvo tem[illegible]poris spatio interjecto aegroto imminent, qui mox post pauc[illegible] hebdomadas, mox post nonnullos menses, mox etiam post un[illegible] vel duos annos redeunt. Qui impetus si haud magno spa[illegible] post primum interjecto existit, haud dubie calculi nonnu[illegible] dum plurimi erant remoti, remanserunt; sin vero per maxim[illegible] spatium aegrotus malo illo liberatus et calculi, qui novo [illegible] impetu emittuntur, nec magni nec duri sint, maxime est [illegible]risimile, novos exortos esse calculos.

De inflammatione vesicae felleae et ductuum biliarior[illegible]

